

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - IX, 17 : De Belidibus](#)

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 17 : De Belidibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[134\] : De Belidibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 17 : De Belidibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 18 : Des Belides, ou Danaïdes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 17 : Des Belides, ou Danaïdes](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 285v°-286v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses

- [Bélides](#)
- [Danaïdes](#)

Équivalences entre les entités Bélides : Danaïdes

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiæ

tempora raptam fuisse Proserpinam Cereris filiam memoravit. Hæc fabulose dicta sunt de Narcisso. At quid in hac fabula continetur vitæ humanæ utile, quod potuerit has ambages ad posteros iure transmittere? imprudentem, & libidinofum, ac facinorosum hominem ultionem sequi significabāt, veluti umbra sequitur corpus: nam tametsi Deus vindictam aliquandiu differt, tamen multo est acrior postea perditis hominibus profligandis. Illud autem tanto fit facilius, quanto maiores facultates aliquis ad res præclare gerendas nactus fuerat. Nam quinimum forma corporis gloriabatur, & in lasciviam acuebatur, quo pacto per formam non meruit perire? omnis enim rerum humanarum nimius amor perniciosus est imprudentibus. at nūc de Belidibus dicatur.

10

De Belidibus.

Cap. XVII.

Nequæ prætermittendæ fuerūt omnino Danaï filix, quæ illi pœnæ apud inferos dicuntur esse addictæ, ut semper aquam ex amplissimo puteo hauriant; neque tamen vnaquam ad oram putei plena cribra possint at trahere. Fuit autem Danaus Beli cognomento prisci filius illius, qui post Apidis mortem Ithim uxorem duxit, quo tempore Cecrops Athenis imperavit. Hic ubi pulso Sthenelo Argiuorum Rege Argos occupasset ex Aegypto profectus, quinquaginta filias à variis mulieribus suscepit, quas ex avi Beli nomine Belidæ postea nominarunt. Fama est propter similitudinem quandam, quam cū Aegypto fratre habebat Danaus, in Græciam profugisse; quod rara sit affinitum & coniuكتورum benevolentia inter principes homines, & ad eandem dignitatem aspirantium præsertim. Cum igitur Aegyptus filios quinquaginta haberet, cuperetq; fraternam similitudinem aliquando compefcere, satis aptam opportunitatem fore eius negotii consensendi existimavit, si, cum totidem haberet filios, illas in matrimonium suis filiis poposcisset. eius igitur preces non aspernatus est Danaus, sed nuptias magnificè parari instituit: verumtamen vel quia non crederet pollicitationibus, vel quia memor adhuc esset acceptæ iniuriæ, vel quia ab vno illorum mortem sibi imminere ab oraculo monitus fuerat, clam singula dedit pugiones, quibus suos sponfos, ubi dormirent, iugularent. Sortitò igitur nuptiæ celebrantur, atque nomina filiorum Aegypti ista fuerunt; Agenor, Aegius, Alcis, Alcemon, Agaptolemus, Argius, Archelaus, Aegyptus, Arbelus, Bromius, Bursiris, Chthonius, Chalcodon, Chærus, Chrysippus, Clitus, Cilleus, Daiphron, Diacorystes, Dorion, Dryas, Enceladus, Euenor, Eurylochus, Eurydamas, Hippodamus, Hippocorystes, Hyperbius, Hippolytus, Hippobonus, Hermus, Imbrus, Idmon, Idas, Lixus, Lampus, Lynceus, Lycus, Menachus, Megacles, Oeneus, Periphas, Pandion, Polyctor, Proteus, Perisibenes, Phantes, Potamon, Periphantes, Sthenelus. Filiarum Danaï nomina fuerunt; Anexibia, Anthelea, Adiante, Actæa, Adyte, Autonoe, Alteria, Agaue, Automate, Amynone, Bryce, Cercellis, Clite, Calyx, Cleopatra, Cleodora, Chryssippe, Callidice, Celæo, Dioxippe, Erato, Eupippe, Electra, Eurydice, Eulippe, Glaucippe, Gorge, Glauce, Gorgophone, Hippodice, Hyperipto, Hippodamia, Hippomedusa, Hypermetra, Iphimedita, Mnestra, Nelo, Orypete, Oeme, Phante, Pirene, Podaree, Pylarge, Rhode, Rhodia, Scra, Sthenele, Stygne, Theano. omnes igitur patris mandato paruerunt,

runt, præter Hypermnestram natu maximam filiarum, quæ Lynceo marito peperit. reliquæ omnes igitur sponforum capita abscissa dicuntur in Lerna infodisse, atque eorum corpora ante urbem humasse, ut scripsit Herodotus in Argonauticis, qui etiam inquit quod postea Danaï filix à Mercurio & Pallade Iouis iussu expiatae fuerunt, quæ omnes in gymnica certamina productæ unâ Hypermnestra excepta, victoribus datæ sunt. fuerunt tamen qui inquam has nuptias tanto sanguine perfusas antequam Danaus Argos venisset, contigisse, quo tempore Danaus cum fratre Aegypto de regno contendere. cum igitur Hypermnestræ beneficio Lynceus vnus esset superstes

10

è tot fratribus periculum tantum euadens Lynceam confugit, quod oppidum fuit illis temporibus non procul ab Argis, ut scripsit in Corinthiacis Pausanias. eo igitur in loco face sublata Lynceus signum dedit se euasisse omne periculum, quod ita conuenerat cum Hypermnestra, ut deuitatis Danaï in diis ubi in tutum se recepisset, ita facem sublatam ostentaret. Sic etiam paulo post Hypermnestra vicissim facem è Larissa iustulit, qua significabat se quoque omne periculum euasisse: quare mansit postea consuetudo ut Argiui ad eius rei memoriâ festum diem & solennitatem quotannis celebrarent, quam Facem vocarunt. Scripsit Apollodorus lib. 1. bibliothecæ Hypermnestram fuisse postea datam uxorem Lynceo. Atqui Herodotus in Eutorpe inquit Danaï filias primas Thesmophoria sacrificia mulieres Pelasgicas docuisse, quod genus sacrificii, cum fuisset occupata Peloponnesus à Doriensibus, prorsus obsoleuit. At enim Danaï filix post mortem ob id scelus, quod tam immites aduersus innocentes & affines iuuenes fuissent, illi æterno supplicio fuerunt addictæ: apud inferos, ut aquam vase perforato haurire conentur; quibus promissum esse perhibent ab eo labore tum cessandum esse, cum plena cribra è puteo hauserint. de illa poena ita meminit Horat. lib. 3. carm.

20

steric vna paulum

Sicca, dum grato Danaï puellas

Carmine mulces.

30

Sic autem Ouidius lib. 4. Metam. ab auo belidas nominans inquit,

Arsiduas repetunt, quas perdant belides vndas.

Atque tot fabulosa de iis memoriæ prodita sunt: nunc veritatem inquiramus. Has annos esse dixerunt nonnulli, qui arsiduis fructibus videntur nos velle locupletare ac saturare, cum tamobrem tantundem absumat, quantum producit. Sic autem id Lucretius lib. 3. explicat,

Deinde animi ingratoram naturam pascere semper,

Atque explere bonis rebus, satiareque nunquam.

Quod faciunt nobis annorum tempora, circum

Cum redeunt, satiusque ferunt, variosque lepores;

Nec tamen explemur vitæ fructibus vnquam.

40

Hoc, ut opinor, id est, æuo florente puellas

Quod memorant laticem pertusum congerere in uas,

Quod tamen expleri nulla ratione potestur.

Sic igitur temporum & annorum vicissitudines quidam per hæc significari voluerunt. nonnulli putarunt omnem mortalium vitam in hac fabula contineri, cum omnia quæ agimus frustra à nobis fiant in terris, cum nulla humani roboris vestigia diutius manere possint, sed omnia rursus confundantur. Alii beneficia, quæ in ingratos homines conferuntur, per hæc vana esse

Cccc a indica-

indicabant. ego contra per hanc fabulam aliquid gloriosius & humano generi utilius significari crediderim, filios scilicet tandem pios & obediētes parentibus esse oportere, quādiā ab humanitate & Deorum immortalium religione ac reuerentia illorum mandata non dissentiant. Quod si quid ab iis contra religionem, aut summi Dei voluntatem legesq; præcipiatur, si contra iniustitiam, si contra humanitatem, omnino non sunt audiendi: quare si quis iniūta consulenti pareat aut imperanti, quod deuitare potest, Deorum immortalium animaduersionem ac vindictam omnino fugere non poterit. si quis denique neglecta Dei reuerentia, & viri boni officis aliquid impurum atque crudele commiserit, ille perpetuis suppliciis post hanc vitam apud inferos discrucietur. ac de Beludibus quidem satis, nunc de Sphinge dicamus.

De Sphinge.

Cap. XVIII.

Fuit autem Sphinx Echidnæ Typhonisq; filia, ut scribit Læsus Hermionæus, quam Iuno irata in agrum Thebanum immisit. Hæc muliebris facie ac pectore fuisse proditur, pedes & caudam habuisse leonis, pennas autem volucris. At Clearchus caput & manus puellæ, corpus canis, vocem hominis, caudam draconis, leonis unguis, alas auis, illā habuisse scripsit. Hæc Sphinx singulis hominibus prætereuntibus in Phycæo colle residens obscura sanè ænigmata proponebat, quæ capiebat à Muis; atque quicumque illa solvere nequiuisset, is unguibus Sphingis laniabatur. Erat autem fato statutum tunc esse Sphingi moriendum, cum quis propositum ænigma soluisset: atq; cum multi ab ea laniarentur, pronuntiatum fuit per præconem, quia cupiebant Thebani illa molestia liberari, quod is esset Thebarum regnum capturnus, & uxorem Creontis Aemonis filii habiturus, quæ pulcherrima erat omnium mulierum eius ætatis, qui Sphingis ænigma soluisset. Scripsit vero Myrleanus Asclepiades, quod etiam testatur Iliacus facillime Sphingem la cerare homines victos consueuisse, quippe quæ priores corporis partes haberet leonis, ac unguis Gryphi; neq; quisquam poterat auferre, cum alas haberet aquilæ, citissimèq; ad illos conuolaret, quamuis postremas corporis partes haberet hominis. multa fuerunt ænigmata, & longe diuersa, quæ diuersis nationibus proponebat, sed hoc serè semper proponebatur Thebanis enuciandum, ut scripsit idem Asclepiades;

Ἔστι δίπουν ἐπιγῆι, καὶ τετραπῆν, ὅς τις φωνῆ,
καὶ τρίπουν. ἀλλὰ μὲν δι σὺνθεσίν, ἔξ ἐπιγῆος
ἔστι τετραπῆν, ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῆς φωνῆς.
Ἀλλ' ἐπιπῆν ἐστὶν ἐπιπῆν, ἀπὸ τῆς φωνῆς.
Ἔστι τὰς τετραπῆν ἀπὸ τῆς φωνῆς ἀπὸ τῆς γῆς.

40 Hoc ænigma cum soluisset Oedipus, regnum & Iocastam matrem Aemonis filii Creontisq; uxorem duxit;

Est bipes & quadrupes in terris: solaq; vox huic:

Atq; tripes. mutat vocem solum, omnia campis,

Inter quæ serpunt, quæ cælo, & fluctibus errant.

At ubi contendit pedibus iam pluribus, illi

Deficiunt vires, & lentis robora neruis.

Significari hominis senescentis naturam per hæc pronuntiauit Oedipus, qui cum baculo indiget ut sustineatur, aut cum infans quatuor pedibus incedit, manibusque